



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Ioannes Erem. S. Rupertus Epis. S. Philetus, Lydia &c. 27. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Ioannes Erem. S. Rupertus Ep.
S. Philetus, Lydia &c. 27 Mart.



Amor Dei.

Libera servitus apud Dum ubi non
necessitas: sed charitas servit. August.

Vota populi tui, qua sumus, propo-
sitiatus intende: & dum nos tribuis so-
lemnia B. Ioannis conf. tui (S. Rupertus
Epif. S. Phileti, Lydia &c.) celebrare
fac gaudere suffragijs Per D. N. Iesum
Chr. &c.

Ora pro frugibus terræ. &

1. S. Iohannes Eremita in Aegypto
tempore Theodosij senioris gloria
virtutum ac miraculorum, etiã Pro-
phético spiritu per orbem inclaruit.
Is est qui eidem Imperatori victorias
admirandas aduersus Tyrannos Max-
imum & Eugenium Occidentis impe-
rio incubantes prædixit, & cui se idẽ
Imp. enixe commendare est solitus.

2. S. Rupertus è Regum sanguine
Vormatiensis Episc. ab inimicis suis
vrbe sua pulsus in Bauariam exulatũ
abiit. Sed non sine vberè prouentu a-
nimarum Christo per institutionem
& sacramenta adiunctorum, quarum
merce diues A. 628. Angelorum can-
ticis honoratus decessit, funus SS. in
candida veste ornauit.

3. S. Philetus senator vna cum Ly-
dia vxore & filijs martyrio, coronam,
obtinuit in cælis.